Domine peccavi in conspectu tuo
multa contra legem tuam feci
et impie egi quia colui idola
vana et mortua et non sum
digna aperire os meum ad te
o domine. Ego regina aliquando
et tumens et superba et ubertima
in divitiis super omnes homines nunc
non orphana et desolata
et destituta ab omnibus a te con-
fugio domine sicut infans lactens
qui timens confugit ad patrem
suum. Et tu domine expande ma-
nus tuas et rape me et adiu-
va me sicut pater infantem
suum lactantem. Ecce enim sicut
leo silvestris diabolus rapit
me quia ipse est pater deorum egyptiorum
deorum et ego etiam odi a me et
dispersi eos. Eripe me domine
de manibus eius et de ore eius
extrahe me ne quando rapiat
et trudat me catulus magnus qui
est ab ethna et perea in eternum
seculi. Suscipe me domine quia
pater meus et mater mea abne-
gaverunt me et dixerunt. Non
est filia nostra aseneth quia deos
eorum dispersi et odivi et deos

eos conculcavi ab hominibus
et arripuerunt eos transeun-
tes quia erant aurei et ar-
gentei. [illegible] ad te
confugio domine deus meus
libera me et parce mihi quia
in ignorantia erravi et pecca-
vi in te et in patrem tuum ioseph.
Despexi eum et dixi quia
filius pastoris est de terra
chanaan. Iste vero est super
omnes homines quia te semper
cognoscit verum deum. Et tu
dedisti ei sapientiam et ingenium
et virtutem. Tu domine trade
me illi in ancillam et servam. Et
ego lavabo pedes eius et
ministrabo ei in vita mea. Et
dictum ab eo tuam cognationem
veri et viventis dei. Et postquam
cessavit aseneth confiteri domino
ecce stella lucifer ascendit
versus orientem celi et vidit
eam et gavisa est et ait. Putas ne
audivit dominus deus deprecationem
meam quia stella hec nuncia et
preco lucis diei surrexit. Et
ad hunc appropinquabat. Et ecce
iuxta luciferum scinditur celum. Et
apparuit lux magna et ineffabi-
lis. Et videt aseneth